pedites possonib ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram off-
icio praesenti Castren Bransien in primo Citationis Termino peremptoria responsione
Omnibus in Universum iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis etiam
te iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando.
Sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Poniatowski — Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransien personaliter comparens Nobilis Joannes olim Alberti Zera Districtus Drohicien sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Stephano olim Mathei Poniatowski Districtus eiusdem et eius posteris Bonorum suorum immobilium in bonis Wirna antiqua sitorum Omnia et singula Bona sua immobilia Materna et Paterna seu Totam et integram sortem suam super se post olim Nobilem Albertum Zera Parentem suum et Annam Wirska Matrem suam inter alios fratres suos Naturalis successionis concernen Cum Areis hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis aquis stagnis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinen et pertinen Nullis exceptis pura mera syncera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromissionem realem cum Actuali de pacca possessione per Nobilem et Nobiles duos quem et quos sibi facilius conducere poterit ipsemet acceptandam dat et admittit. Quae bona idem Poniatowski ab Obligatoria possessione Nobilis Michaelis Wirski in certa Summa suis propriis pecuniis eliberare tenebitur. Submittendo ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis inscribendo, Memoratum Donatarium suum et eius posteros occasione intromissionis ab Omni impedimento vindico quarumvis personarum propinquarum et remotarum Utriusque Sexus Status et conditionis cuiusvis existen per et Ultra Omnes praescriptiones Terrae totiens quoties opus et Necesse fuerit tueri defendere evincere eliberareque intercedere pacificare Suisque tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non inquietare Sub Damnis Omnibus simpliciter taxandis et edicendis. Et Coram officio Castren Drohicien in primo Citationis Termino peremptoria responsione Omnibus Controversys exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis Motionibus Appellationibus ac earum executionibus aliisque in Universum iuris remedys et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo et abrenunciando Sub amissione sua suorumque successorum totius et integrae causae.

Zera — Debitum

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransien personaliter comparens Nobilis Stephanus olim Mathei Poniatowski sanus mente

et corpore exporto palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Joanni olim Alberti Zera et in eventu mortis illius hmōi successoribus Tenetur esty debitus Veri et liquidi debiti Mutuatae pecuniae Summam Decem Floren Polon Quam quidem summam supra scriptus recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum [illegible] suis inscribit Memorato Creditori suo suis successoribus hinc pro festo Sancti Martini Confessoris proxime venturo parata pecunia soluere aut circa Acta officii Castren Drohicien deponere et relinquere depositam et debitam [illegible] ad se ab eodem officio non recipere Nec medio quovis arestare aut offdeniere sub Vadio simili aliorum Decem Floren Polon in defectu solutionis pro tempore praefixo ad soluendum succumbendo Et Coram officio Castren Drohicien in primo Citationis Termino peremptorio responsione ac reali et effectiva satisfactione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis legalibus, impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

Wyszenski Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Bransken personaliter Comparens Nobilis Cyprianus olim Gnosi Joannis Gabrzyele Wyszenski Vexilliferi Terrae Bielsken Sana mente et corpore exporto palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Thomae olim Caliksty Wyszenski et eius successoribus Bonorum suorum in haereditate Wyszonki sittorum na Brzozowem bloccie Arzesy Novem Morgos terrae a flumine Mien ad Cyrba Gnosi Subiudicis Terrae Bielsken tendens inter metas successorum olim Martini Galbrzyele Wyszenski et sui acquisitam iacen cum agris pratis et Omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis in Triginta Floren Polon hinc ad exemptionem et summae [illegible] integram et indivisam exolutionem obligavit et inscripsit. Cui iam ex nunc introitum realem cum Actuali ac pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officiose acceptanda dat et admittit Eacemque tuitionem et evictionem Omnimodam circa [illegible] ab Omni impedimento iuridico quarumvis personarum quorumquam et certarum per [illegible] temporis tenutae eiusmodi cavet sub Vadio simili aliorum Triginta Floren Polon Et Coram officio praesenti Castren Bransken in primo Citationis Termino peremptorio responsione Omnibus in Universum iuris remediis et defensis legalibus, impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando.